

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Almus Spiritus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXXVI.

DE DIGITIS ET MENSURIS.

Ex sacris Aegyptiorum Literis.

AD ERUDITUM VIRUM FRANCISCUM ROBORTELLUM, IN ACADEMIA
PATAVINA BONARUM LITERARUM PUBLICUM
PROFESSOREM.

Cum super scripta tua omnis ars doctrina plenissima, & utriusq; lingue ornatisissima, sum
cum voluptate legerem: incidissemque in observationes eas, quas doctissimo viro Joanni Pieri
scriperas: duplice sum dolore affectus, ob amici memeriam, qui tam miserabiliter nobis tristia
esset, noctu in habitatione sua clam trucidatus: deinde commentario eo amissa, quod amicitie or-
fis pignus paulo ante illi recognoscendum de derum, sed adhuc absque titulo: ita duplice hac Juliani &
amici, & libelli facta, summopere dolere cogor, quod potuisse domi ejus hares esse. Ne vero amplius hoc
accidere, capi ante omnia commentariis omnibus titulum inscribere, & cum magni nominis Philosopho
Bernardino Tomitano de digitorum numeris libellum inscriptissimum, superesse vidi alterum de digitorum
mensuris, cumque ne amicos nimium obtunderem, tibi, Francisco Robortelle doctissime, commendavi:
quamvis partem hanc preteritus eram, quod ea parum suavia videbatur, percerbarque ne imago sint
eadem toties repetita, satiaret potius quam oblectaret. Partem tamen hanc omni iure tuam non molis
legendarum, verum etiam examinandam ibi commendabo, quod id in animum induxi meum, eventarum
ut quemadmodum ego doctrinam tuam mibi laudifore persuadeo, tu quoque pro animi sui candore pe-
tes ad rem tuam facere, ut quicquid ego scribere sum aggressus, id tum tua, sum aliorum unicolorum opus
politius fiat. Verè enim necessitudinis ea lex est, ut amicorum existimationem non secutus es si eadæ no-
biscum impebatur nave, nobiscum identidem & servari, & omne periculum adire judicemus.

De digitis
communi-
teter.
Lac. r. 1.

Debuerant quidem digitii in Manuum commentarium, sed quoniam tam varia tamque mul-
tiplex est eorum materia, quam comprehendenderunt, ut iidem ipsis uno nequiverint commenta-
rio coarctari: necesse fuit eorum argumenta dividere, quorum alter liber circa numeros verfar-
etur, cumque numeri quoque ipsis sua gerant hieroglyphica, separatum de numeris per digitorum
gestulationem significatis, & quorundam etiam numerorum intellectu mystico, differendum fuit.
Alter hic de digito communiter, ad mera pertinet hieroglyphica. Demum, quia digitus idem dimen-
sionem præcipue significat, eamque creat, addenda erunt dimensionum & species & significata. D
cum quæ peculiariter quisque sibi digitus comparayerit, ad calculum examinaverimus.

ALMUS SPIRITUS. CAP. I.

Uerò rem auspiciatus exordiamur, ad alium conversi Spiritum, qui nos afflet, eum dicimus
in Divinis literis per digitii hieroglyphicum & intelligi, & nominari. Evangelio autem, omni
summota dubitatione, ut cum Aſteror dicit: *Si in digito Dei ejicio demonia, profecto ventis in vestigis*
Dei. Quo loco D. Gregorius ex eo manifestum esse ait Digitum pro sancto Spiritu accipi; quod cum
Marcus

A Marcus posuerit, *S' in digito Dei*, alias Evangelista dixerit, *Si ego in Spiritu Dei*. Porro in precibus, quas certo anni tempore almo huic Spiritui allegamus, *Dexteræ Dei digitum* eum appellamus. *Prae-*
terea D. Hieronymus eo opusculo, cui de Divinitatis essentia titulus est, digitum unitatis numero,
pro almo eo divinoque Spiritu accipi debere profiteretur, quo lex in duabus tabulis in monte Sina
scripta fuerit: ipse enim, ut idem ait, scripsit, qui & dictavit.

PROPHETÆ. CAP. II.

Numero vero multitudinis digitii sunt Prophetæ, per quos Spiritus idem alius libros Legis af-
flatu suo conscripsit: unde Davides, *Videbo calos tuos, opera digitorum tuorum*, ubi per celos *Explicatio*
ipsum Prophetarum incitationem accipiunt, qua correpti, admiranda tot oracula de divinis huma-
nisque rebus in posteros consparcere. Sunt qui Psalmographum dicant ad historicum tensum simpli-
citer respexisse, per digitum tamen virtutem Dei exponant. Unde Magi Pharaonis cum Moseos mi-
*raculis cederent, *Digitus Dei* est, dicebant: ubi pars pro toto, digitus pro manu: nam omnino ma-*
nus, ut loco suo dictum, confessi operis hieroglyphicum est. In mundi vero totius fabrica, nihil co-
B lo ipso admirabilius.

MEDITATIO, VEL ULTIO. CAP. III.

Quod si hominem digitos aut ungues suos commor-
gentem pictum sculptumve inspiceris, scias eo gestu,
alias quidem meditationem, profundumque ad ecstasim
usque cogitatum intelligendum: alias vero penitentiam
facti, ulciscendive minas. Illud significatum apud Persi-
um & Horatium habes, quorum alter dicit:

Nec pluteum cedit, nec demorsa sapit unguis:

alter & in versu faciendo:

Sepe caput se abberet, vivos & roderet unguis.

ultimum apud Propertium habes:

Ungue meam morfo sepe querere fidem.

*C*ed hæc omnibus notissima præterimus.



Digitos
commor-
dentes, quis

LASCIVA MOLLICIES. CAP. IV.

ASpices forte statuam saltatorio gestu positam, ritu bar-
barico adornatam, digitis supra caput veluti argutum
aliquid crepitantibus, ea hieroglyphice lascivas mollices,
& enervatæ nequitæ delicias indicat. Et uno dígito caput
scalpere delicate admodum mollicie signum est, quod Cn.
Pompejo vitio datum, usque ad inimicorum publicum ca-
villum, ait Plutarchus: quo super gestu Juvenalis etiam
mordaciter jocatus, cum dixit: *Qui dígito scalpunt uno caput.*
Pluribus vero modis hac in digitis mollices notata gesti-
catione, munditia nimia, ornato gemmarum annulorumque
sumptuoso, motuque ad mimicum proprius accedente. Quare
Chilonis Lacedæmonii dictum est, inter loquendum ma-
num moveri non debere. Et Hebraico proverbio dicitur,
Stultum dígito loqui,



Plutiar. in
vita Pom-
peji dictum
nimirum. &
Calvo Po-
ta.
Juven.
Sat. 9.
Juvenalis.
Chilonis
& Hebraic
rum díge-
ria,

SOCIETAS. CAP. V.

Licit in duabus consertis manibus fidei federumque hieroglyphicum locupletius habeatur,
non est tamen illud dissimulandum, quod de pollicibus est a Cornelio Tacito traditum: morem *Fæderis*
quippe fuisse Regibus quorumdam barbarorum, quotiens in societatem coirent, applicare dexteræ, mos anti-
policesq; inter se vincere, nodoque perstringere, & ubi mox sanguis in artus extremos pervenisset, *quui-*
levi